





DEO <sup>XLIX</sup> AUSPICE

DISPUTATIO IURIDICA

De  
CONTRACTIBUS IM-  
PROPRIIS, PERSONIS PER  
quas nobis acquiruntur & de  
modis, quibus dissolvuntur obligationes  
ad tit. 28. 29. & ult. libr. 3.

Inst.

Quam

In celeberrima Wittebergensium Academia.

PRESIDE

ALEXANDRO FABRO

J. U. D.

*Ad diem 21. Augusti horis à sexta matutinis*

*Dnn. Collegis examinandam*

*proponit*

PAULUS MAII Onold. Franc.

WITTEBERGÆ,

---

Typis Gormannianis Anno M. DC. XII.





*Illustri & Generoso Dn.*

*Dn.*

SIGISMUNDO SIGFRIDO,  
L. B. De Promnitz, Plessæ,  
Soravia, Tribelæ & Hoiers-  
vverdæ, hæreditario in Do-  
brilug, & Naumburg,  
Domino suo Cle-  
menti.

*Hanc presentem disputatio-  
nem humiliter nuncupat.*

RESPONDENS.



## CONTINUATIO.



*Actenus de contractibus propriis.  
Nunc de contractibus quoque impro-  
priis dispiciemus, quibus addimus  
personas, per quas nobis acquiruntur  
& modos, quibus dissolvuntur obligationes.*

### Thesis I.

Contractus improprii sunt, qui consensu non  
vero, sed ficto constant, quoties videlicet lex fingit,  
propter justam quandam causam vel æquitatem,  
consensum intervenisse, licet ignorantis negotia  
gerantur,

*l. 5. ff. de o. & a.*

#### II.

Horum contractuum sex species ab Imp. recen-  
sentur, negotiorum gestio, tutelæ administratio,  
communio sine societate, communio hereditatis,  
aditio hereditatis, & indebiti solutio.

*tot. tit. Instit. de obl. quæ quasi ex contr. l. 5. ff. de o. & a.*

#### III.

Negotiorum gestio est contractus improprius,

A 2

quo

quo quis ignorantis negotia, sua sponte, absque mandato in se suscipit

*d. l. 5. in pr. ff. de o. & a. Vult. ad §. 1. n. 6. Inst. de obl. qua q. ex contr. nasc.*

IV.

Qui ergo necessitate coactus alterius negotia gerit, veluti tutor, curator, negotiorum gestorum actione non tenetur,

*l. tutori. 20. l. 17. C. de negot. gest.*

V.

Eadem ratione qui tutor non est, sed pro tutore se gerit, non negotiorum gestorum, sed pro tutelæ actione conveniri potest,

*l. pen. ff. de eo qui pro tut. vel curat. Trentl. disp. 10. th. 3. lit. A. Diss. Gothofr. in l. 4. C. qui dare tut. vel curat. Azo ad tit. C. qui pro tut. n. 2.*

VI.

Qui verò negotia alicujus gessit, negotiorum gestorum actione dolum, latam, levem & levissimam culpam præstare tenetur,

*l. si mater. 24. Cod. de usur. l. in re mandata. Cod. mand. §. 1. Instit. h. titul. ibidemq. Heig. n. 26. Vult. 1. discept. 15. Donell. 15. Comm. 15. Dissent. Sichar. in l. tutor. 20. Codic. de negot. gestib. VVesenb. in paratit. num. 10. ff. de negot. gest. Petr. Gregor. libr. 20. Syntag. 2. n. 4.*

7. Hæc

VII.

Hæc actio perpetua est, ejusq; conditionis, ut cum actione familiæ eriscundæ concurrere nequeat,

*l. in familia. C. famil. erisc. l. si communes. 40. ff. de negot. gest. Pacius cent. 3. q. 77. Dissent. quidam per l. 18. C. famil. erisc. l. 3. C. de negot. gest.*

VIII.

Altera species contractuum impropriorum est tutelæ administratio, ex qua duplex oritur actio, directa & contraria. Directa datur pupillo adversus tutorem ad reddendas rationes. Has nisi reddiderit tutor, ad restituendam pupillo pecuniam compelli nequit,

*Fachin. lib. 8. contr. c. 58.*

IX.

Tenetur autem præstare tutor dolum, latam & levem culpam, non etiam levissimam,

*l. 4. l. 7. C. arbitr. tut. l. cum tutor. 18. ff. de tut. & rat. distr. l. 23. Cod. de administr. tutor. Duar. de administr. tut. c. 5. Donel. 15. Com. 20.*

X.

Excipiuntur quidam casus, in quibus tutor ne levem quidem culpam præstat, veluti in nominibus debitorum exigendis & prædiis ex pupillari pecunia comparandis,

*l. 3.*

*l. 7.*

*l. 7. §. competit. ff. de administr. tutor. l. periculum. 35. ff. de reb. credit. Pistor. lib. 1. q. 49. Duar. d. loco.*

XI.

Contraria tutelæ actio datur tutori adversus pupillum, ad consequendum id, quod ipsi ratione gestæ tutelæ abest,

*l. sumptus. 3. C. de administr. tut. l. 3. ff. de contr. tut. act. Duar. ad d. tit. Vvesenb. in par. n. 4. ff. de contrar. tutel. act.*

XII.

Tertia species est communio sine societate. Ex hac oritur iudicium communi dividundo, quod mixtum quidem dicitur, sed revera non est, ita ut æqualiter in rem & in personam comparatum dici possit,

*Donel. Vult. Coras. in §. quedam Inst. de act. Dis. Gomez. in d. §. quedam. n. 6. & Dd. communiter.*

XIII.

Mixtum autem dicitur, quia non tantum ratione rerum communium dividendarum; verum etiam ratione personalium præstationum competit: Quo in casu reus dolum, latam, & levem culpam præstare debet, *l. 20. ff. commun. divid.*

XIV.

Ad hoc iudicium, qui in communione sunt, & ab ea recedere volunt, semper provocare possunt, nullo vel pacto vel defuncti præcepto obstante,

*l. ult. C. commun. divid. l. 1. l. 14 l. nulla. 70. ff. pro socio. l. 14. §. 2. ff. comm. divid. Gail. lib. 2. obs. 139. in f. Schurff. Conf. 45. n. 2. & seq.*

ii. Quar-



XV.

Quarta species est communio hereditatis. Hanc heredes propriâ autoritate inter se dividere possunt, & si in divisione ejus convenire nequeant, instituto familiæ eriscundæ judicio, judicis officio incumbit, res hereditarias æqualiter dividere, & quæ dividi non possunt, uni ex coheredibus adjudicare, eumq; alteri ad certam pecuniam condemnare (a) vel si ita sine præjudicio litem dirimere nequeat, eam forti committere (b).

(a) l. 3. §. 4. C. commun. divid. §. 4. Instit. de offic. jud. l. 22. §. 1. l. 25. §. 20. l. 52. §. 2. ff. h. tit.

(b) VVesenb. in parat. n. 6. ff. eod. Moller. lib. 2. semestr. c. 27. in pr. Fachin. lib. 6. contr. c. 37.

XVI.

In foro Saxon. duobus fratribus concurrentibus divisio fit, majori natu dividente, & minore eligente (a): Id quod juri quoq; Canon. consentaneum, in Camera Imperiali observatur, (b)

(a) Landtr. lib. 3. art. 29. constit. Elect. 15. p. 3. Coler. de process. execut. p. 1. c. 3. n. 40. & seq. & decis. 54.

(b) c. 1. extr. de Paroch. Myns. cent. 4. obs. 37.

XVII.

Quando verò frater & soror concurrunt, dividente sororis curatore, frater eligit. Et hoc eligendi jus personale est, & cū ipsa persona extinguitur.

de Constit. Elect. 15. p. 3. ibiq; Dan. Moller.

18. Hoc

XVIII.

Hoc iudicium, quo hereditas dividitur, familiae eriscundæ dicitur, & est duplex, directum & utile. Illud datur heredibus (a) Hoc bonorum possessoribus (b)

(a) l. 2. l. 49. ff. h. tit.

(b) l. 24. l. 40. ff. eod. Vult. lib. 2. I. R. c. 13. n. 15. VVesenb. in parat. h. n. 4. Treutl. disp. 19. th. 9. lit. E. vol. 1.

XIX.

In utrumq; veniunt tam personales præstationes (a) quam res hereditariæ. Ab his excipiuntur sumptus studiorum, quos pater filio subministravit, nisi de contraria patris voluntate constet, (b) ea, quæ defunctus heredem præcipua habere voluit, (c) nomina (d) libri improbatæ lectionis (e) & similia,

(a) l. heredes. §. non tantum. l. & puto. 16. §. sed etsi. l. pen. ff. famil. ercis. l. 19. C. eod.

(b) l. quæ pater. l. 20. §. 6. ff. famil. ercis. l. 1. §. 16. ff. de collat. Hart. Pistor. lib. 1. q. 19. Reusn. 1. consult. 8. n. 15. & seqq.

(c) l. 4. l. 8. ff. h. tit.

(d) l. 2. §. f. l. 4. ff. famil. ercis.

(e) l. 4. §. 15. ff. h. tit. l. 6. C. eod. VVesenb. in par. h. n. 5.

XX.

Porro quia universale est, semel tantum intentari potest, & si quæ res hereditariæ indivisæ remanserint,

Wittenberg, Diss., 1587-1612

ULB Halle

3

002 392 011





SB

VD17

Retrokonv,







B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

PICE  
 JURIDICA  
 TIBUS IM-  
 SONIS PER.  
 runtur & de  
 ntur obligationes  
 ult. libr. 3.  
 ensium Academia.  
 D E  
 FABRO  
 D.  
*is à sexta matutinis*  
*minandam*  
*it*  
 Onold. Franc.  
 ERGÆ,  
 Anno M. DC. XII.

16 12 1 49

